MISSALE ZAGRABIENSE

Diözese Agram, 3. Viertel 15. Jh. Seite 235v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cuius natalicia colimus.
eius apud te patrocinia sen
tiamus. Continuet.
Deus qui beato petro apostolo
tuo collatis clavibus regni
celestis animas ligandi atque
solvendi pontificium tradidisti.
concede: ut intercessionis eius
auxilio a peccatorum nostrorum ne
xibus liberemur. Per. Ad galatas.
Fratres. Notum vobis facio ev
angelium quod evange
lizatum est a me: quia non est
secundum hominem. neque enim ego
ab homine accepi illud neque
didici. sed per revelationem
ihesu christi. Audistis enim con
versationem meam aliquando in
iudaismo: quoniam supra modum
persequebar ecclesiam dei et ex
pugnabam illam. Et proficiebam
in iudaismo supra multos
coetaneos meos in genere
meo: abundantius emula
tor existens paternarum mearum
traditionum. Cum autem pla
cuit ei qui me segregavit
de utero matris mee et vocavit
per gratiam suam ut revelaret

filium suum in me. et ev
angelizarem illum in gen
tibus: continuo non
acquievi carni et san
guini. neque veni ierosolimam
ad antecessores meos apostolos.
sed abii in arabiam et iterum
reversus sum damascum.
Deinde post annos tres veni
ierosolimam videre petrum: et mansi
apud eum diebus quindecim.
Alium autem apostolorum vidi ne
minem. nisi iacobum fratrem
domini. Que autem scribo vobis,
ecce coram deo quia non mentior.
Gr. Qui operatus est. Alleluia: Tu es
vas electionis. Quere supra in con
versione pauli. Secundum matheum.
In illo tempore: dixit simon petrus
ad ihesum. Ecce nos reli
quimus omnia et secuti sumus
te: quid ergo erit nobis? Ihesus autem
dixit illis. Amen dico vobis:
quod vos qui secuti estis me,
in regeneratione cum sederit
filius hominis in sede ma
iestatis sue, sedebitis et
vos super sedes duodecim
iudicantes duodecim tribus